



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè  
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

§. 3. Maximum gaudium SS. Virginis parientis in Bethlehem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

## §. III.

*Maximum gaudium Sanctissima Virginis parentis in Bethlehem.*

*Car. Sanctissima  
Virgo non  
fuerit con-  
seruata,  
videns pa-  
riulum  
sibi in sta-  
bile.*

**Q**uod fortius est, vincit, inquietat mihi fateos quidem, fauise ipsi aliquam doloris & incertitudine causam, juxta affectus & sensa naturae; sed rationes gaudij ipsius non solum superabant illa, sed ita absorbabant, ut, quidquid amatum videbatur juxta externa speciem, non afficeret ipsam videbat ipsa Deum suum infinitatione contentum ac consolatum, & ideo ipsa quoque contenta erat & consolata, ipsique dicebat: *Totum te annihilationi aspicio o! Majestas infinita Dei mei, quem adoro; sed summe exin perfundor gaudiis, cum exploratum mihi sit, profundam hanc annihilationem, quae origo est omnis gloriae, quam recipis extra te ipsum, tibi arridere magis, quam si omnes mundi magnificientia stuparent te, eoque omnes ipsius pompa tuis sint oculis horrore: Quod altum est hominibus, abominatione est apud Deum.*

Intueor lacrymantibus te oculis, & gaudium Angelorum! video te strumis obtutum & praetrigore tremulum; sed exin gaudeo, clamsciam, has lachrymas emundatoras peccata mundi; cum sciam hoc frigus, has strumas, magnasque has, quas pateris, incommoditates, ad ulciscendum in te ipso hominum

carnalium flagitia, tibi placere tantum, ut voluntates tensuum, & omnia vana seculi gaudia displicant tibi.

Aspicio te ad supremam redactum paupertatem, o summe mundi Monarcha! omnia tibi desunt, qui satis ex omnibus; sed gaudeo ex hoc, eoque novetim, perfectam hanc exspoliationem, qua castigat & corrigit avaritiam hominum, placere tibi magis omni abundantia bonorum terrestrium. Nil ali melius ostendit mihi tuam magnificentiam, quam contemptus eorum omnium, quae maximi pendit mundus, & nihil melius demonstrat illi, te esse ipsius Deum, quam dum ostendis illi, non indigere te ipsius bonis: *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egas.* Sic illa, quae crederes esse causis tristitia, haec nimurum humiliatio, haec lacryma, haec paupertas, argumenta lastitia fuerant Virgini Sanctissima:

Si amari fuit ipsi sapor, & ipse tristitia illi fuit lastitia, quid aliam mandum de puro, quo diffundebat cor ipsius, gaudio; quando nimirum videbat, solam se electam fuisse à Deo inter omnes creature, quam admitteret in magnum consilium aeternitatis lux, & in execu-

*Prov. 20.  
v. 23.*

tionem omnium operum, quæ unquam confecit, præstantissimi? Quam stupendum prodigium dico, quod ipsa fecerit de Deo id, quod Deus facere non poterat de seipso, sicut loquitur Sanctus Bernardinus: *Plus potest facere Beataissima Virgo de Deo, quam Deus de seipso.* Siquidem Deus Pater producere quidem potest Deum consubstantialem sibi ipso, & æqualem sibi in omnibus secundum divinitatem ejus, producere tamen illum se inferiorem & consubstantialem sibi non potest, secundum ipsum Humanitatem. Hæc prærogativa est solius MARIAE Virginis & Matris. Quantum hoc illi perperit gaudij, dum parentem se vidit Filij hujus Unigeniti?

Quando aspiciebat constitutam se universalem Procuratricem omnium Creaturarum, non dico solum omnium Creaturarum, sed dico, Creatoris ipsius, ad Concilium magnam hanc pacem quam, dissolverat peccatum, quamque voluit Deus confirmare denuò inter se & omnes peccatores: Hanc ut obtineret, voluit is ipsam esse quasi plenipotentiariam & summacum potestate legatam, ipsiusque castissimum uterum, abe Deus & Homo se iterum tam affectuosè & cordialiter uniebant, ut non essent nisi una eademque Persona, esse velut magnificentum hujus pacis palrium, omniumque creaturatum oculos in ipsam manere defixos,

mox visuros universalem felicitatem, quam apportatura esset mundo. Venite omnes creature, ipsam aspice Creatorum omnipotens, vide prodigium maximum, quod constituet gaudium & oblationem æternitatis,

Veni, Sacra sancta Trinitas; *Ipsa invicta omnia,*  
Pater, ecce Filius tuus Unigenitus, *Deum &*  
quæ dedisti mihi, ut darem ipsam mundo: *creaturas,*  
An igitur eosque ut conga-  
diligis mundum, ut ipsi des Filium *deant le-*  
tuum adorandum? ecce te ipsum,  
*cum.*

Fili, in Personâ, qui dedisti te mihi, ut darem te mundo: An igitur sic ipsum diligis, ut des te ipsum totum ac integrum illi, ut te an-  
nihilis, tisque sacrificies pro illo? Ecce! Spiritus Sancte, principium tuum æternum, opusque tuum temporale: Ipse producit te ante cuncta sacula in sinu Patris sui, consubstantialem divino Patri suo; & tu formasti ipsum in medio tem-  
porum in Matri suæ utero Consu-  
stantialem Matri suæ.

Venite Angeli è celo. Ecce Creatorem vestrum, supremum vestrum Dominum, Deum ve-  
strum, Reparatorem ruinarum ve-  
strarum, omniumque gaudiorum vestrorum fontem.

Venite Filij Adæ, ecce omnipo-  
tentem Creatorem, qui fecit vos  
ad suj similitudinem; ecce ipsum  
formatum modò ad similitudinem  
vestram: Ecce Deum vestrum, quo  
privaverant vos peccata vestra in  
æternum, cujusque sola bonitas  
red-

reddit ipsum vobis, ut nunquam amplius separemini ab eo ; Ecce Patrem vestrum, eoque id vobis dederit esse ; Ecce Fratrem vestrum, eoque sit Filius Matris vestrae, & ejusdem vobiscum natura : sed præcipue, ecce Redemptorem vestrum, qui liberabit vos à morte æternâ, propriâ morte suâ, vobisque acquireret vitam æternam sui pretiô sanguinis.

Venite æcula præterita, venite videte illum, quem adeo solicitaverunt vestra suspitia, quem vestri Patriarchæ ita invocarunt, quem vestri prophetæ ita prædicarunt, quem vestra figura ita diversimode repræsentarunt, quem vestri Patres ita exspectarunt, quémque vestra misericordia tanquam suuca remedium ita expostularunt. Videte hinc tandem illum, omnia vestra sunt adimplata desideria, omnia vestra expleta vota, unde ansam habetis, ut impletatis vos gaudio, dissoluta jubilo.

## §. IV.

*Prodigia, qua acciderunt in partu Sanctissime Virginis.*

**C**redo hæc omnia, dicebam ipsi, sed quâ discurrendi ratione deducere ex hoc potes, quod Sanctissima Virgo pepererit absque dolore & absque violentia ? Si quidem circumspectis his omnibus tandem parvandum est : Oportet Filium, quem concepit in purissi-

mo utero suo per operationem Spiritus Sancti, quem novenis gestavit mensibus, quem successivè nutrit, quémque ad debitam perduxit magnitudinem aliorum infantium, quando nascuntur, prodire tandem in lucens ex utero ipsius. Hem ! quis comprehendere potest,

Venite tandem futura æcula ; Ecce totum thesautum Dei vestris concretum manibus ; Ecce fontes salutis adaptos vobis ! Haurite, haurite abundanter gratiam, sanctitatem, merita, divitias vitaæ æternæ : Veni tu ipsa æternitas, æternitas beata ; Ecce thesaurum, cuius infinita possides bona, ut distractibas illa omnibus sanctis in mansione gloria percuncta æcula. Intuere Santissimam Virginem in media horum omnium, ad quam omnes creature suas portigunt manus, quæque illas omnes replet beatificatione, consolatione & gaudio : Quis ergo imaginari sibi poterit, quantum ipsius fuisse debuerit gaudium tempore divini partus sui ? O quantum igitur disferebat à cunctis alijs Matribus, quæ tristantur & affliguntur, dum eò rediguntur !